gratia, donum, remiſsio, recompenſatio, termini elongatio sub pę-
na Ducatorum 1000, pro quolibet ponente, vel conſentiente Contr.
in Contrarium ut pęna exigatur subito per Capita hujus Conſi-
lii, et ponatur in noſtrum Comune. Et prędicta omnia Committantur
inquirenda, et exequenda Capitibus, et Inquiſitoribus Conſilii noſtri
de Decem, qui sub debito Sacramenti Strictiſsime teneantur eſse Vi-
giles, et Solliciti, et attenti ad inquirendum prędicta, ut Contra-
facientes debite puniantur ad terrorem, et exemplum aliorum. Et pub-
blicetur presens Pars in primo M.r C., et succeſsive annis ſingulis,
bis in anno, et in Feſto S. Michaelis menſis Septembris, et die, quo
eligatur Poteſtas Clugię.

1761. 30. 7bre Tratta dal Libro primo del M.r C.o eſiſtente
nella Segreta a pag. 51. p.r Comando, ed uſo degli Ecc.mi Corret-
tori. Ed eſiſte ancora nel Libro Magnus del C.o di X. a pag. 153.

Nobili offendenti altri ne Conſigli.

1438. 26. 9bris in C. X.

Si in Conſilium Rogatorum, aut in aliquibus aliis Conſiliis noſ-
tris, aliquis de Conſilio Rogatorum, quadraginta, et additionis, et
de aliis qui poſsunt stare in ipſis Conſiliis, loquetur Contra aliam, aut
dicet aliquid injurioſum, vel faciet aliquem nutum, vel movimen-
tum, vel impetum inhoneſtum, vel se movebit a loco suo impetuose
cum verbis, aut actibus injurioſis, vel minatoriis, cadat quilibet Contra-
faciens in pęnam Librarum quinque Centum, et sit privatus
uno anno de omnibus Conſiliis Secretis, et Capita C. X., qui
erunt pro tempore, teneantur sub debito Sacramenti, et
sub pęna Ducatorum 500, quam exigant Inquiſitores su-
bito, quando accident aliquis Caſus Contrafactionis ordinis
prędicti, eodem inſtanti, vel quam preſtius poterint vocare C.
X., et proponere Cauſam in Conſilio prędicto, in quo etiam ponatur
Pars, utrum ille, vel illi tales ceciderint ad pęnam ſupraſcriptam,
vel non, et poſsit etiam secundum importantiam rei, et
Caſus, et qualitatem, et Conditionem perſonarum offenſarum
poni Pars de procedendo Contra culpabiles, et si captum fuerit, de
procedendo Contra Culpabiles, non poſsit poni Pars de minori pęna, quam
supe-